

Mani die leryhu 3 Brücke =

(= 44) 1) Sacro barto, Johannes de

Sphaericon opus certum.

[Leipzig: bei Walter des Capellans, 1485-1489]

Hain X 74 295

BMB. III, p. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Maſſeris (nicht: Vitorius?)

De veritate et philoſophie
Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain X 14942

Hain X 15929, BMB III p. 632

BMB

III,

p. 623

3. Tibullus, Albinus:

Ec. 8

(= 46)

Elegia de amore et lani Eximio Messalae

Leipzig: Konrad Kachelofen. nicht nach 44 327

THESES THEOLOGICAE

de hac questione:

VTRVM ORTHODO-
XE DICI POSSIT, FIDEM

PRAEVISAM ESSE CAUSAM

nostræ ad salutem Ele-

ctionis :

*Proposita ad disputandum in auditorio
Theologico ad diem XIV. Decemb.*

PRÆSIDE

DANIELE TOSSANO S. THE-

OLOGIAE D. ET PROFESSORE IN

Academia Heidelbergensi,

Respondente

IOHANNE GOEDDEO TREMO-

NIANO VVESTPHALO,



HEIDELBERGAE,

Apud Abrahamum Smetsmannum

ANNO 1697



THESIS PRIMA.

VER VNTiam olim nonnulli, qui citra
vllam Pelagianismi suspicionem statui
posse arbitrarentur: prædestinatos esse eos
ad vitam æternam, quos Deus præsciuisset
ad Aug. tom, 7.
creditorios, & gratiam oblatam non repudiatorios.

2. Nec diffitetur B. Augustinus se ipsum aliquando in
eadem sententia fuisse, præsertim ante quam cum pe-
lagiani exercuissent, & ad veritatem doctrina præde-
stinacionis melius indagandam excitasset: Postea
veró re bene expensa se ab illa sententia discessisse
diserte scribit: quod Doctorem Hunnium vel non ob-
seruasse, vel obseruare noluisse apparet ex thesi 72.
postremæ disput.
De præ-
destin.
Sanct.
cap 3. Et
Retract.
lib 1. cap.

3. Rationes mutatae sententiae hos affert Augusti-
nus. 1. Quod ex Scripturis didicerit, Fidem ipsam esse
Dei munus & opus in nobis, & per consequens effe-
ctum gratiae Dei & diuinæ electionis. 2. Quod Electi-
onem constet esse gratuitam, nec ab hominibus, aut perseue-
eorum vel fide, vel operibus, sed à Dei *independetia* siue be-
neplacito dependere. Aliàs enim nos Deum eligere.
mus, non ipse nos: contra dictum illud Iohan. 15. vos
non me elegistis. 3. Id quod in tempore fit in his ter-
ris, non potuisse esse causam illius æternæ electionis
factæ non solum antequam, crederemus: verum etiam
antequam essemus. 4. D. Paulum, quando de causa
Electionis differit, nunquam dicere Electionem esse
ex Credente: quin potius simpliciter pronunciare,
eam esse ex **VOCANTE** Deo, scilicet ex proposito,
qua vocatione fit aliquis credens: vt omne auferatur
homini, totum Deo tribuatur.
August.
lib. de
perseue-
rant.
Sanct.
cap. 17.
Rom. 9.
Ephes. 1.
De præ-
dest.
Sanct.
cap 16.

4. Potest accedere & hæc ratio, quam Augustinus
non obscure variis in locis suggerit: Si Fides præuisa
sit causa Electionis, Incredulitatem ergo præuisam
causam

causam esse Reprobationis. Quo dato, totum genus humanum reprobatum esse oporteret, cum tota illa massa sit corrupta, & in illa nihil præscire potuerit Deus, nisi incredulitatem.

Hunnius
in Thesi-
bus de
prædesti-
nat.

Et Mylius
in disput.
Ienēsi an
no 93.

Vide Bel-
larmin.
tom 3.
part 1.

In dispu-
tatione de
cohären-
tia liberi
arbitrij &
prædesti-
nati.
ann. 87.
thes. 60.

5. Illam verò Fidei præscientiam cum nonnulli hodie: qui se Orthodoxos haberi volunt, asserere, & miris palliationibus & incrustationibus venditare & excu-

sare non dubitent, visum est, eorum rationes paucis excutere, & huius summi & saluberrimi articuli doctrinam ab hominum fermento vindicare.

6. Illud enim dogma de Fide præuisa eó est intollerabilibus, quòd non solùm cum Ecclesiæ Orthodoxæ consensu pugnat: verùm etiam ipsi Pontificij nimis alias pelagianizantes agnoscunt, prædestinationis causam, aut rationem ex parte nostri assignari nullam posse: Sed totam ex Dei voluntate pendere.

7. Et hic omnia ita esse gratuita, vt non solùm ea opera quæ meriti rationem habere videantur, sed & alia omnia excludantur: Et citat Bellarminus Augustini dictum lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. *Eorum non misereri Deum quibus gratiam non esse præbendam æquitate occultissima, & ab humanis sensibus remotissima iudicauit: quam non apperuerit, sed admiratus sit Apostolus, dicens. O altitudo diuitiarum.*

8. Quanquam nos non latet Pontificios hic sibi non constare, vt nec de infallibilitate & immutabilitate liberi prædestinationis. Sic enim Moguntini, nimis cum Hunnio & Mylio pelagianizantes: licet totius prædestinationis secundum omnes suos effectus, nec ex parte hominis, nec ex parte angeli, causa vel ratio assignari possit: Sed SOLA diuina voluntas immensa que misericordia: Non tamen adeò absurdum videri debet, causam in utroque, homine & angelo alicuius in particulari effectus dari: quemadmodum & illud, vt aliquid in eorum potestate esse dicatur, adiuuante diuina gratia, quod in præuisione diuina cum tota prædestinatione coniungatur.

gatur: nempe rationalis Creaturae cooperatio, qua gratia praeuenienti persequentibus cooperantur.

9. Hæc in Pontificiis non ita miramur, quos constat nec sibi constare in hac doctrina: nec Augustini doctrinam, quam eorū maiores aliquando amplexi sunt, retinuisse: Sed maximè dolendum est eos, qui Evangelicorum coryphæi videri volunt, contentionis studio sic abripi, vt Pelagianismi fundamenta retineant: dum eos qui pereunt, potuisse conseruare gratiam scribunt, & Electionis particularitatem non à Deo pendere, sed ab hominibus. Item, credidisse, Actor. 13. ordinatos, ad vitam æternam actiuè, id est, qui se disposuerant, & locum doctrinæ dederant. Item, quod pauci saluantur: non esse Dei voluntatem: sed homines in culpa esse: Itē Mylius: poterant si voluissent credere: non habent multi fidem, quia nolunt: Item thes. 119. Improbos posse damnari: non fortuito damnari.

10. Hæc cum asserant, nullo modo sese de pelagianismo excusare possunt: Imò totam Electionem Dei euertunt, & ad homines transferunt: Electionemque, & per consequens Dei decretum & cognitionem, dubiam ac fortuitam faciunt, præsertim cum certos Electos damnari posse contendant.

11. Ludunt autem fallacia à dicto secundum quid, cum aiunt, Scripturam, aut partes, præcognitionis facere mentionem: omninò enim præscit Deus quos prædestinat: Sed non sequitur, eos propter fidem præuisam esse Electos.

12. Nec eos iuuat, aut excusat, sed meras præstigias verborū & contradictiones importat, quod aiunt, *Nil in nobis intueri Deum, cuius dignitate, vel merito ad Electionem nostri moueatur: adeo vt ne Fides quidem ingrediatur hoc Electionis decretum quatenus in nobis est: sed quatenus extra nos quasi egrediens, Christum apprehendit.* Nam & pelagius in Synodo Palæstina fassus est gratiam non secundum

Hunn.
disputa.
Marpur
gensi de
prædest.
th. 85.
Thes. vvi.
teb. 110.
ann. 93.
thes. 192.
Inquisit.
de prædest.
ann. 93.
thes. 159.

Hunn.
thes. 159.
disput.
ann. 94.

Hunn.
Thes. 170.
disput.
ann. 94.

tundum merita dari: & siue per modum meriti, siue per modum conditionis, aut nō meriti id fiat, alienum est statuere in æterna illa, & ante secula facta Electione, aliam eius causam, quā solam Dei gratuitam voluntatem; quæ non inuenit, sed fecit eligendos, (vt loqui solet Augustinus) & non minū quam à iustificatione, excludi oportet à causa Electionis omnem aptitudinem & capacitatem, vel dispositionem nostram.

13. Et perpetua hæc fuit superioribus annis Euangelicorum omnium doctrina, quam olim Hunnius ex præceptore suo D. Herbrado didicisse debuit; Sic enim in disputatione Tubingensi anno 69. thes. 29. scribit: *Nihil Deus in nobis inuenit, cuius respectu motus ad vitam æternam nos eligat. In omnib. enim peccatum inuenit. Quæsi pro sua iustitia nobis um agere vellet, omnes damnaret.*

14. Et Lutherus ipse in præfatione epistolæ ad Romanos; *Ex illa inquit, prædestinatione æterna fuit & prouenit quis crediturus, aut non crediturus sit; Non autem vt Hunnius imaginantur, Ex fide nostra fuit Electio.*

15. Neque certè fides præuisa Electionis causa dici possit, quin etiam causa diceretur Vocationis, & aliorum mediōrum subordinatorum Electioni; quibus ad vitam æternam perducimur, nostramque etiam iustificationem præcederet,

16. Argumenta, quæ adferuntur, ad excusandam illam præuisionem Fidei, sunt funiculi ex arena naxi; quale est illud: *Nemo potuit eligi sine interuentu meriti Christi: Meritum Christi nihil prodest sine fide. Ergo Fides præuisa est causa Electionis.*

17. Non enim quæcunq; sunt subordinata, vt media vel instrumenta, vel effectus, causa sunt illius Electionis; Et diuersi sunt termini: quæstionesque diuersæ: quando quæritur de causa Electionis: & de ijs, quibus prodest meritum Christi: Imò nec ipse iustificationis causa dici potest Fides, quatenus est in nobis, siue

Thef. 40.
40

his qua habitus, sed correlatiue, siue quatenus per
eam Christus apprehenditur.

18. Æquè elumbe est, quod subiiciat, Fidem ingre-
di definitionem Electionis: quod neminem seruari
decreuerit Deus, nisi credat. Theol. 44. 1.
& 45.

19. Fidem ingredi definitionem Prædestinationis, si
coniungantur media, quibus ad salutem præducimur,
non prohibemus: Sed concurrere ad causam, & face-
re vt Electio ab hominibus pendeat non à mera & cer-
ta Dei voluntate, id merè Pelagianum est, & totam
certitudinem & consolationem, quam piæ mentes ex
illa Electione habent, tollit.

20. De qua consolatione Apostolus ad Rom. 8. Quis
intentabit crimina aduersus Electos Dei? Item, Quis
nos separabit à charitate Christi? Illi contra, multos
Electos damnari posse contendunt.

21. Vrgent & illud argumentum: *Impossibile est Deo* Hunn. ib.
§ 2. an. 94.
placere sine Fide. Ergo eligi non potuimus sine Fide.

22. Hic rursus confundunt Electionem eius qui vo-
cat ea, quæ non sunt? vt sint, quæ est secundum pro-
positum, vt cum D. Paulo loquitur Augustinus, cum
mysterio reconciliationis: Sicut & gratiam cum præ-
paratione gratiæ, quæ duo maxime distinguenda esse
rectè monet Augustinus. De præd.
Sanct. ca.
10.

23. Alienum enim planè est fidem aliquam & grati-
am ante ipsam præparationem & electionem eorum
quibus fidem donare voluerit Dominus, imaginari.
Sic ergo colligimus: Concedit Hunnius, Fidem gratis
hominibus certis à Deo donari. Ergo concedat oportet,
nisi miram *ἀπερίστατον* & incertitudinem in Dei cog-
nitione & actionibus fingat, Deum ex toto genere hu-
mano certos elegisse, quibus illà fidem donare vellet.

24. Cæterùm nemo placet Deo, id est reconciliatur
ei, & iustificatur, nisi per Christum, siue per Fidem.
Verùm quod illi datur Fides: alijs non, qui tamen o-

omnes ex eadem massa sunt, in causa est libera Dei voluntas, & gratuita Electio eius qui non inuenit in nobis fidem, sed eam dat quibus lubet.

25. Idcirco hæc loca Pelagianis opponere solebat Augustinus. Deut. 10. vbi gratis dilecti Patres: dicuntur cum si naturam eorum spectes, pleni fordibus essent. Ezech. 16. Item illud Esaiæ 43. Non me inuocasti Iacob, nec laborasti pro me. Item Rom. 5. Cum adhuc essemus peccatores & inimici. Item 1. Iohan. 4. Non quod nos dilexerimus Deum, sed ipse dilexit nos.

26. Iuxta porrò Hunnij hypothesein, ita ratiocinari oporteret: Nullus eligitur, qui non placeat Deo: Nullus placet Deo, nec credit in eum natura. Ergo, Nulli sunt electi.

27. Verum enimverò euadere isti homines non possunt, quin suum Pelagianismum prodant, quando non solum statuunt electionem pendere ab hominibus: sed & in hominis potestate esse, si audiat Verbum, ut credat, & fiat Electus.

82. Contrarium enim tota Scriptura docet: & docent omnium Euangelicarum Ecclesiarum confessions: *Non esse voluntis & currentis. s. d. misericordis Dei.*
Rom. 9. *Vobis datum est nosse mysteria regni caelorum; lûis non inem.*
Matth. 13. *Gratias ago tibi Pater, quod ista absconderis à Sapienibus.*
Matth. 11. *Non poterant credere, quia obduratum erat cor eorum. Lydia*
Ioh. 12. 30. *verò credidit, cuius cor Deus aperuit.*
Act. 16. *2. Corinth. 3. Non sumus idonei ex nobis. Sana me Domine, & sanabor.*
Ier. 17.

29. Etsi verò sua culpa pereunt impij: hoc sibi tamē Deus in sua libertate reseruat, ut trahat ad Filium, quos vult, & misereatur, cuius vult, nec ille cuiquam malitiam impertitur, nec quenquam peccare cogit: imò peccata seriò prohibet; sed rursus nemini tenetur dare gratiam, nisi cui lubet: Quis enim prior dedit ei, inquit Apostolus, & reddetur ei? Verum de his, & similibus quaestionibus in vberiorib. thesibus quas prope diem (volente Deo) de Pelagianismo in lucem dabimus, disseremus. **FINIS.**

Roma. 11.

Fa 1388,
80

Ink.

[Faint blue ink scribble]



fol. 101

*Non in morte
sua crucifixa
sed in vita
et quod natus
est in
civitate nazareth
in provincia
galilee dicitur
esset & vivit
nunc. Dixit autem
et quod natus
est in
civitate nazareth
in provincia
galilee dicitur
esset & vivit
nunc.*

Epiph

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*Quoniam dicitur
deus in saecula
sanctus &
incomparabilis
in gloria
in immutabili
et in
incomprehensibili
et in
incomprehensibili*

*beneficentis tui beneficiis
reple tunc
pulverem pedum tuorum*



THEOLOGICAE
quaestione:
ORTHODO
SSIT, FIDEM
ESSE CAUSAM
salutem Ele
onis:
tandum in auditorio
diem XIV. Decemb.
ESIDE
SSANO S. THE
PROFESSORE IN
Heidelbergensi,
ndente
EDDEO TREMO-
VESTPHALO,
LBERGAE,
num Smetsmannum
b b XCVII.

15

15

